





16  
1776, 21.  
QVAESTIO  
IVRIS CONTROVERSI  
AN  
**HYPOTHECA IN RE  
IMMOBILI A DIRECTO DOMINO  
CONFIRMATA SIT PVBLICA**

QVAM  
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

PRAE SIDE

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESS. PVBLIC. ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.

ET SOCIETAT. LITERAR. DVISBURGENS.

SOCIO

IN AVDITORIO IVRIDICO

DIE XXV. SEPTEMB. ANNO CCCCCCLXXVI.

DEFENDET

IOANNES GOTHOFREDVS LANGE

OBERWÜNDSC. H.

---

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHEMIA.



16  
HIS CONFESSIONAL  
HYPOTHESA IN RE  
THEMATIC A DIRECTE POMONI  
CONFIRMATA SIT PAPLIGA  
MAV  
TRACTATIUS DORUM ORDINIS FRATRUM  
PRAECEPS  
D. CHRISTIANO HENR. BREYNING  
AD TOTTORIO TARISSICE  
DIE XXVII SEPTEMBER MDCCLX  
D. G. F. C. E.  
JOANNES GOTTHILFUS FVNGE  
CENSUR





AN  
HYPOTHECA IN RE  
IMMOBILI A DIRECTO DOMINO  
CONFIRMATA SIT PUBLICA.



§. I.

Quantum hypotheca, quae in securitatem crediti a debitore in re constituitur pacto praetorio, a pignore differat, satis liquidum est. Et quamvis MARCIANVS in L. 8. §. 1. π. de pign. et hypoth. dicat: *inter pignus et hypothecam tantum nominis sonus differt*, tamen certum est, ut ex ipsis capitulis inscriptione patet, locutum solum locutum esse de formula hypothecaria seu actione hypothecaria. Quidquid vero sit, alia hypotheca est priuata, alia publica, alia quasi publica. Ita conuentione constituitur seu pacto praetorio, illa iudicis autoritate confirmatur, haec demum vel coram notario, vel interuenientibus testibus promittitur. Quamuis vero ratione finis nulla sit in his pignoribus hypothecisque diuersitas, tamen in tantum est differentia, ut publicum reli-



quis pignoribus praferatur, quasi publicum vero conuen-tionali potius sit.

### §. II.

In rebus mobilibus iura hodierna nihil immutarunt; at in immobilibus nostra iura aliter sentiunt. Rerum incor-poralium vero oppignoratio, pro ut obiectum illarum sunt immobiles res, ab iure quod circa oppignorationem immo-biliuum constitutum est, non recidunt, recte vero si obie-ctum incorporalis rei est res mobilis, cum quibus compa-rantur personales actiones, extra iudicium oppignorantur per CONSTIT. Elec. XIII. P. II. et per ORDIN. PROC. SAX. VET. Tit. XLVI. §. 6. quam in hoc RECOGNIT. ad T. d. non reformauit. Ita vero in ORD. VET. sanci-tum: *Ferner die Nomina oder außenstehende Schulden belangen-de, hat es keinen Zweifel, dass dieselben, quo ad actionem personalem, und so weit sie auf persoehnlichen Zusprüchen stehet, ohne Solemnität, so wohl als die fahrende Haube ver-pfaendet werden koennen.*

### §. III.

Immobilium rerum oppignoratio nostro Iure per so-lam conuentionem facta plane inutilis erat. Ea vero quam quasi publicam supra nominauiimus, veteri Iure Electorali non omnino effectu destituebatur, sed creditores tali hy-potheca securiores facti praeferebantur chyrographariis cre-ditoribus, quod apparet ex DECIS. Elec. LX. et ORDIN. PROC. SAX. VET. Tit. XLVI. §. 3. At cum ea ipsa co-ram Notario aut testibus constituta hypothecari in se nulla alia sit, quam conuentionalis, hinc novo iure Electorali maior

maior vis ei haud tribuitur, quam nudae conuentionali, id est, omnis effectus negatur. Quare ORD. RECOGN. ad Tit. XLVI, s. 1. in f. So soll doch hinführō dergleichen Verpfändung gantz ohne Würkung seyn.

## IV.

At liceat dubitationem mouere. Si enim ORDIN. RECOGN. c. l. materiarum connexitatem respicimus facile pater, titulum cit. pertinere maxime ad materiam concursus, et qui in ordine potiores. Patet ex ipsa lege veteri, cum praeferi hanc quasi publicam iubet chygraphariis et lex noua de creditorum classibus mentionem facit. Hinc posset dubitari, an vere noua lex, praefer quan in concursu creditorum his quasi publicis hypothecis vim negaret atque reale, quod iure communi producunt, ius. Lex enim, quae in certa quadam specie ius commune mutat, non omnem illius sustulisse videtur dispositionem. Sed cum Iure Saxonico, ut vel ex ipsa ORD. VET. c. t. s. 2. appareret in immobilibus omnes immobilium oppignorationes necessario coram iudicio fieri debent, reliquae effectu destituuntur, sonst ist dergleichen Verpfändung nicht kraftig, ut ait lex et RECOGN. c. l. expresse affirmat so soll doch dergleichen Verpfändung gantz ohne Würkung seyn; patet hanc dubitationem illis quasi publicis hypothecis vim aliquam et effectum servare non posse. Cum enim ante ORD. VET. omni effectu destituerentur, praeterquam quod Chygraphariis anterrentur, sublata hac dispositione in aliis causis in quibus antea reale ius non habuere, post abrogatum ius tale habere non poterant.

## §. V.



Iam vero, si obiectum oppignorationis immobile, in quo alius directum, alius sic dictum utile dominium haberet, triusque consensus necessarius videtur, quippe alienatio, cuius species est oppignoratio, in alterius detrimentum fieri non potest. Fac ergo fundum oppignorari, in quo alii directum competit dominium, eaque oppignoratio fit consenteante comprobanteque domino, quaestio oritur, an per domini directi consensum publica fiat oppignoratio. Non de eo dicimus directo domino, qui simul maiestate gaudet, de hoc enim non est, quod dubitemus. De eo domino directo quaestio est, qui iure maiestatico haud gaudet. Cum enim hic Superior quasi videtur utili domino, posset coniici, tanquam publicam eam oppignorationem habendam, quae consensu directi domini facta est.

## §. VI.

Sed cum nexus ille, qui inter dominum directum cumque, quem vulgo, quamvis male, utilem vocant pragmatici, sit ex conuentione atque mere priuatus, nec dominum directum per se publicam personam constituar, forsitan recte consequimur, illam quae consensu directi domini fit oppignorationem, non aliam esse, quam conuentionalem. Non enim admodum diuersa videtur esse oppignoratio a rei alienae, quae consensu domini fit, quae ob domini consensum interpositum non fit publica, sed conuentionalis et priuata manet. Hinc distinguendum omnino videtur, an dominus directus simul sit index rei sitae competens, seu iurisdictione instructus, an vero destituator iurisdictione. Si itaque dominus directus, qui simul index rei sitae competens est, oppignorationem confirmat, certum est, adesse publicum

cum

■ ■ ■

7

cum pignus seu hypothecam. Contra si destituantur directus dominus iurisdictione, quamvis in oppignorationem consentiat, publica tamen dici nequit. Quae cum in Saxonia nulla sit immobilium oppignoratio, nisi iudice confirmante, solus directi domini consensus validam haud efficiet in re re immobili constitutam hypothecam. Constituit hac de causa **ORD. PROC. SAX. VET.** Tit. XVI. §. 5. Würde sich auch zutragen, dass in bonis emphyteuticis oder censiticis der dominus directus nicht zugleich Gerichts Herr wäre, sondern ein anderer die Iurisdiction oder den fundum emphyteuticum hätte, soll zu Erlangung einer beständigen Gerichtlichen hypothec, und damit sich der dominus iurisdictionis hernach der Hülfe des weniger zu vervieichern, des Lehn und Gerichts Herrn Consens zugleich und coniunctim erhoben werden.

### §. VII.

At si a domino iurisdictionis, qui simul directus est dominus coram suo iudicio confirmetur hypotheca, quamvis eius tanquam domini directi consensus mentio haud fiat in hypothecae confirmatione, recte consensus illius ex confirmatione praesumendus. Causa in eo posita, quod eadem persona indicis sit et domini directi. Neque enim tanquam index confirmatur fuisse hypothecam, nisi tanquam directus dominus consenseret.

### §. VIII.

Ex eo autem, quod et indicis et domini directi consensus in publica hypotheca constituenda requiratur, consuetudo explicanda, quam ex actis coram iudicio Praefecturae

R. ob-



R. obseruaui. Cum enim in fundo pagi cuiusdam, in quem praefectura iurisdictionem exercebat, hypotheca esset constituta, a parocho loci praesente Actuario praefecturae confirmata erat. Facile patet parochium tanquam dominum directum considerari, quod antiquissimis temporibus, quibus superstitionis liberalitas dominia suarum rerum in ecclesiam transferrebat; dominium in ecclesiam quoque translatum fuerat, ut illud dominium a parocho exerceatur. Hinc Parochi ex proedria ecclesiae erat consentire in oppignorationem eamque ex suo sibi competente iure directi dominii muneri inherente confirmare, at cum absque iudiciali autoritate invalida esset oppignoratio, per Actuarium autoritas iudicij interponebatur nomine praefecturae, cum parochi consensus haud sufficeret, quippe cui nulla competebat iurisdictionis.



17. 20. foliorum. duplo excedit in latitudine et longitudo. 20.  
17. in duplo excedit in latitudine et longitudo. 20.  
17. in duplo excedit in latitudine et longitudo. 20.  
17. in duplo excedit in latitudine et longitudo. 20.

Leipzig, Diss., 1776 A-G



f

TA-70L


aus 34 Stck. bisher verkauft

V D

18



B.I.G.



16  
1776, 21.  
QVAESTIO  
IVRIS CONTROVERSI

AN  
HYPOTHECA IN RE  
IMMOBILI A DIRECTO DOMINO  
CONFIRMATA SIT PVBLICA

Q V A M

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

P R A E S I D E

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESS. PVBLIC. ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.

ET SOCIETAT. LITERAR. DVISBURGENS.

S O C I O

I N A V D I T O R I O I V R I D I C O

DIE XXV. SEPTEMB. ANNO C I C I C C L X X V I .

D E F E N D E T

IOANNES GOTHOFREDVS LANGE

OBERWÜND SCH.

L I P S I A E

E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A .

